UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ; Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis neceßarium

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50816

Visual Library

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, Amen.

RELIGIOSIS ET DEVOTIS NOVITIIS ORdinis Minorum de Obſeruantia reformat. in oratorio Fontis Palumbi congregatis.

CARISSIMI & deuoti Filij: Cùm aliquoties R.P. Guardianus inſtantiſsimis apud me precibus egerit, & demum mihi ſub merito ſanctæ obedientiæ iniunxerit, vt vos orationis ac meditationis rectè inſtituendæ præceptis informandos ſuſciperem: non potui neque volui vltra huic ſanctæ ac iuſtæ petitioni reluctari; quamuis ad tantum opus me neutiquam idoneum agnoſcerem, vtpote qui perexiguam huius ſancti & laudabilis exercitij ſcientiã & vſum habeam. Attamen de virtute ſanctæ obedientiæ quæ Do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mino noſtro IESV Chriſto acceptiſſi-
ma & S. Patri noſtro Franciſco ad-
modum familiaris & grata fuit, con-
fiſus: ſtatui exilem vobis hortulum, ex
herbis & arboribus electiſſimis conſitũ
offerre: in quo tanquã induſtriæ apes,
ſuaues & odoratos ſanctæ orationis
flores colligatis; quos poſtea precibus
operã daturi ſanctis Angelis donetis,
vt eas ſanctiſſimæ Trinitati in cœlis
offerãt. Accipite igitur, dilectiſſimi Fi-
lij, hortulũ hunc, ac flores & fructus
illius tota cũ diligentia & deuotione
indeſinenter carpite: meiq; in oratio-
nibus veſtris memores eſtote.

Dominus noſter IESVS Chriſtus,
ſuam vobis benedictionem conferat,
cum gratiarum ſuarum abundantiſ-
ſima affluentia.

In nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritus ſancti. Ex Fonte Palumbi. Anno
reparatæ ſalutis 1604. die 16. Octob.

Veſter in Chriſto IESV
Pater & Frater
F. Bartholomæus Salutius
Ord. Min. de Obſer.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN